

que adversari dicebatur coram Reverendiss. Domino meo Decano.

Ex predictis igitur, cum appareat hereditatem prefati Marci Antonii, ad solam Constantiam in seculo existentem delatam fuisse; idcirco DD. dixerunt illi dandum esse mandatum de manutenendo, ex possessione Marci Antonii Patris, in ipsam continuata per statut. Urb. lib. 1. cap. 147, tanquam heredem suum & necessarium, ut late probat Torriell. consil. 106, n. 26, cum sequent. Menoch. consil. 696, sub n. 3, & 26, versic. respon- detur 2, Riminald. jun. consil. 91, sub n. 13, & seqq. per tot. Honded. consil. 58, n. 13, & seqq. lib. 2, Rot. penes Cardinal. Seraph. decis. 106, sub n. 1, & san. mem. Greg. XV. decis. 307, sub nu. 14, & bon. mem. Martin. Andr. decis. 36, sub n. 3, & seqq. & in re- cent. decis. 692, sub n. 1, part. 1, & dec. 200, sub n. 5, part. 5, & nuper in Pisauren. bonorum 13 Martii 1645, coram R. P. D. meo Othobono, atque in aliis.

Et ita utraque parte inform. decisum.

DECISIO L.

R. P. D. GELSO.

Anconitana Alimentorum.

Luna 14. Junii 1649.

SUMMARIUM.

- 1 Alimenta juxta promissionem sunt prestanda. Promissa in domo sunt etiam prestanda extra, num. 2. Maxime ob litem nu. 3. & 4. Debita jure actionis non cessant ex quo alendus aliunde habeat, num. 5. Taxantur arbitrio judicis, num. 6.
- 7 Promissio absoluta non admittit exceptionem.

Donavit Thomas omnia sua bona Antonio Francisco fratri, qui, vice versa, promisit eidem solvere scut. 700. monetæ, singulis annis, ac pro sua persona, tantum dare habitationem, & victum necessarium, in domo ipsius Antonii Francisci, posita in Civitate Anconæ, juxta ejus conditionem, donec ipse Thomas naturaliter vixerit, & commoraverit in dicta civitate, ut sunt verba præcisa Instrumenti, data in sum- mario n. 1. Ob discordias, & lites exinde exortas, præterens Thomas etiam extra domum alimen- ta prædicta; Proposui dubium; an, & ad quam summam illa debeantur; & responsum fuit ali- menta deberi ad rationem scut. 12. pro quolibet mense.

Obligatio enim illa præstandi, resultat ex In- strumentum publico, quo stante non possunt am- plius illa contrahenti, sed omnino subministra- ri debent, Baroh. de alim. n. 33, versic. item ali- menta, Pontan. eodem tract. cap. 1. in fine, & cap. 16. n. 1, & seqq. Viv. commun. opin. cap. 45, n. 12, Rota decis. 186, num. 1, versic. nam cum illa part. 4, recent. cum aliis per Gratian. discept. for. lib. 3, c. 552, num. 42.

Nec refert, quod dicta obligatio fuerit restric- ta, & limitata in domo, ita ut, dum Thomas illa extra domum petit plus petere videatur, ut advertit Ruin. consil. 81, num. 3, vers. Quia plus lib. 2, Roland. consil. 22, nu. 10, lib. 1. Nam cum adit justa & legitima causa, etiam si fuerint in domo promissa, debent nihilominus extra eam

præstari l. Caio 13, §. fin. ibique Bart. nu. 2, ff. de alim. & cibar. legat. Castr. consil. 167, n. 1, in fine, & n. 2, lib. 1, Molphei. ad consuetud. Neapol. part. 5, qu. 8, n. 2, & 3, Rota, coram Mell. decis. 371, n. 2, & in recent. decis. 418, n. 1, p. 4, tit. 2.

Justa autem, & sufficiens causa visa fuit DD. non solum denegatio eorundem alimentorum, & præstationis annuæ, promissa in instrumento do- nationis, ob quam denegationem coactus fuit Thomas devenire ad mandati relaxationem, & subinde inter fratres prædictos plures lites, & controversiæ exortæ fuerunt, Jas. consil. 44, sub n. 3, versic. circa aliud quesitum con. seq. lib. 1, Menoch. de arbit. lib. 2, cap. 170, n. 16, Cancer. var. resol. lib. 1, cap. 16, nu. 17, Joseph. Ludovic. decis. Perus. 46, n. 10, Rota coram Duran. dec. 148, num. 4, in fine versic. tamen ex quo in Romana legati cibi, & potus 13 Junii 1645, coram Reveren- tiss. Domino meo Decano, & in recent. decis. 199, num. 6, part. 4.

Sed etiam monitorium de non accedendo ad domum, coram A. C. ab Antonio Francisco obtentum, & contra Thomam executum, in sumario n. 4, & 5, ita ut culpa fratris non pos- sit Thomas in ejus domo permanere, 1619. & debita alimenta consequi, ut in proximis terminis de eo qui fuit à domo expulsus, firmavit Rota, in Romana rescissionis contractus, 6 Aprilis 1612, coram Penia.

Non obstat quod Thomas habeat ab Antonio Francisco scut. 700. annua, cum quibus com- mode vivere potest; nam, cum donaverit omnia sua bona, ea lege, & pacto, ut ultra præstati- onem prædictam, deberet frater donatarius dare ei habitationem, & victum necessarium, utrumque consequi debet; Alimenta enim quæ sunt debita jure actionis, non cessant, ex eo quod quis aliunde habeat unde se aliat, ut probat Decian. in l. de alimentis n. 5, versic. secus est, C. de transact. Surd. de aliment. tit. 7, q. 15, n. 27, Rota in Romana fructuum dotis 19 Januarii 1598, coram Orano, & in Romana pecuniaria 17 Novembris 1608, coram bon. mem. Manzanedo, & in recent. dec. 186, n. 1, & decis. 199, n. 5, p. 4.

Quo verò ad quantitatem, cum taxatio ali- mentorum debeat fieri arbitrio Judicis, & DD. ponderatis verbis Instrumenti, qualitate perso- narum, consuetudine loci, & dictis Testum, censuerunt illa esse præstanda in scut. 12. pro quolibet mense, Menoch. de arbit. cap. 169, n. 1, & seqq. lib. 2, Sim. de Præc. de interpretat. ult. vo- lunt. lib. 4, dubit. 11, n. 58, & seqq. Marech. var. res- solut. lib. 2, cap. 83, n. 12, Rota decis. 418, num. 5, part. 4, tom. 2, rec.

Nec obstat quod bona donata non exce- dant scut. 8000. monetæ, & idè in taxatio- ne prædicta, Antonius Franciscus remaneat gra- vatus; nam ultra quod bona fuerunt donata in perpetuum; Alimenta verò expirant per mor- tem, cessat objectum in præsentis casu, dum promissio non fuit restricta ad quantitatem, & valorem bonorum, sed fuit libera, & absolu- ta, * quæ propterea est omnino servanda, nec admittit exceptionem in contrarium, l. 1, ff. de pact. cap. 1, & capit. qualiter eodem tit. cum vulg.

Et ita utraque parte informante, &c.

DECISIO LI.

R. P. D. GELSO.

Ferrariensis Transactionis.

Veneris 28. Januarii 1650.

SUMMARIUM.

- 1 Implementi defectus repellit agentem à limine Judicii: Interventus ab initio non sufficit in habentibus tractum successivum, n. 4.
- 2 Transactione impugnata quis juvari non potest.
- 3 Dolus actus sequentis colligitur ex precedenti; In omni contractu censetur exceptus, num. 6. Probatur ex taciturnitate exprimendorum nu. 7. Inficit transactionem nu. 8.
- 5 Casus non prævius censetur exceptus.
- 9 Præservatio Jurium non suffragatur, ubi captio tertii non intervenit.
- 10 Privilegia fabricæ Sancti Petri non intrant, ubi legata non sunt incerta.
- 11 Transactio non trahitur nisi ad expressa.
- 12 Bona efficiuntur illius, in quem ex hereditate perveniunt.

Obstare dixerunt Domini executioni Tran- sactionis, non solum exceptionem non im- plementi, sed etiam manifestæ contraventionis, & doli; Nam cum Comitissa Vienna in Instru- mento desuper celebrato cesserit, & relaxaverit Comitibus de Manfredis Piscacionis, & Bona Portus majoris, receptis scutis 1100. pro ejus præsentis creditis, & pro dote, & fructibus re- tentis loco pignoris illdem bonis ultra alias pro- missiones, & obligationes; Utiq; dum bona prædicta adhuc penes se ex diverso titulo retine- re præterit, obstat illi defectus adimplemen- ti, * qui repellit agentem à limine judicii ad- text. in l. Julianus, §. offerri, ff. de act. empt. l. cum proponas la 2, ibique Bartol. & communiter doct. Cod. de pact. Put. decis. 357, circa finem, Mantic. decis. 91, nu. 4, & coram Penia decis. 367, nu. 1, & seqq.

Cessio verò reportata à fabrica, qua mediante in bonis transactis præterit mutasse causam pos- sessionis, ac sibimet ipsi illa evicisse, non ex- cludit defectum hujusmodi, * sed demonstrat potius contraventionem, dum denegat restituere bona, quæ ex lege Transactionis concesserat, ut probat text. in l. si quis major 41, ibi, vel in- terpellando Judicem, vel supplicando Principi, vel non observando promissa, ubi etiam gloss. verb. Judicem, & verb. supplicando, & Bald. n. 2. C. de transact. Felin. in cap. ex tenore 16, sub nu. 1, vers. facit lex de rescript. Mantic. de tacit. lib. 3, tit. 16, num. 30. Rot. post Zacch. de obligatione camerale decis. 210, nu. 3.

Imò ex cessione prædicta detegitur dolus, seu malitia Comitissæ, quæ eodem tempore, quo sti- pulabatur transactio, procurabat cessionem à fa- brica, à qua jam antea reportaverat rescriptum favorabile super compositione faciendâ; Ita ut nunquam haberit animum dimittendi bona, sed semper ea retinendi, dum una manu fingebat illa relaxare, * altera verò tentabat eripere, ut in proximis terminis consuluit Nevizan. conf. 50, per tot. præsertim à num. 36. & faciunt notata Decisiones ad Tract. de Alim.

per Larream allegat. 66, nu. 25, Surd. decis. 326, nu. 83, vers. & quia supra, & numeris sequentibus, ubi plures cumulat. In his enim quæ tractum successivum habent, non sufficit ab initio im- plere, * dum implementum non est durabile, sed 4 momentaneum, Bart. in l. inter Castellianum 49, ibique Bald. n. 1, & 2, ff. de recept. arbitr. Soc- cin. conf. 133, n. 7, lib. 1, Surd. conf. 381, n. 19, Rot. dec. 618, n. 3, part. 4, recent.

Nec obstat, quod in eodem Instrumento con- ventum fuerit, quod in eventum, in quem bona prædicta evincerentur, tenerentur Comites de Manfredis dotem in pecunia, vel aliis bonis restituere, quia nihilominus sub dictis verbis non censetur comprehensus casus, quo Comitissa evic- tionem affectaret, & sibi molestias inferret, qui sanè casus * cum à Dominis de Manfredis non fuerit verisimiliter prævius, censetur propterea exceptus, & reservatus juxta text. in l. qui cum tutoribus; §. qui per fallaciam, ff. de transact. ubi quod tali casu quis non tam pacificetur, quam decipitur, & in leg. 2, §. fin. ff. si quis cau. Cas- sar. Manent. consil. 140, numer. 21, & sequentibus, & consil. 146, num. 8, lib. 2, Surd. consil. 371, nu. 87.

Etenim in omni contractu censetur semper * 6 exceptus dolus leg. creditor §. Lucius, ff. mandat. Bartol. in l. fin. nu. 3, in fin. ff. de præc. stipulat. Rot. decis. 103, nu. 20, part. 5, in recentior. & de- cis. 230, num. 19, part. 7. Qui dolus dicitur bene probatus, dum fuit tacitum id, * quod si 7 fuisset expressum, retraxisset Comites à transac- tione, Berou. consil. 177, nu. 43, lib. 1, Fachin. consil. 18, nu. 26, lib. 1, Manent. dicto consil. 140, nu. 21, & seqq. lib. 2, Cancer. variar. resolution. lib. 3, cap. 4, nu. 15, & 16, Rot. in Bonon. nulli- tatis concordia 12 Junii 1645, coram R. P. D. meo Cerro.

Et propterea impedit effectum Transactionis remedio replicationis, * vel actionis de dolo, 8 Mantic. de tacit. lib. 26, titul. 8, num. 11, Imò eandem Transactionem inficit, & extinguit leg. & eleganter, ff. de dolo Bart. in l. sub prætextu in 1 lect. num. 4, & 5, & in 2 lect. num. 3, C. de transact. Cuman. cons. 156, num. 4, Rot. decis. 271, nu. 24, part. 6, recent.

Et ex his patet responso ad objectum in con- trarium adductum, quod per eandem transac- tionem fuerint quoque præservata jura, quæ ex qualibet causa eidem Comitissæ, ejusque filii possent in futurum competere, * quia di- 9 cta præservativa debet intelligi de juribus, quæ legitimo modo competere possunt, nec sunt extendenda ad eum casum in quo captio, vel læsio interveniat, ut advertit Bald. in ca- pit. 1, §. hoc quoque num. 19, de success. feudi quem refert, & sequitur Cyriac. contrav. 254, num. 33.

Facilius verò inclinarunt Domini in hanc sententiam, ex quo jura fabricæ visa fuerunt non relevare, neque ex capite incertitudinis, ne- que sub prætextu insufficientiæ; * Non quidem 10 ex primo capite: nam Confraternitates quibus Joannes Ludovicus legata reliquit sunt certæ, & in Civitate, & districtu Ferrariæ existent, & sic deficit qualitas requisita per Constitu- tionem sanctæ memor. Clementis Septimi, ut bene per Rot. coram Cavaler. decis. 212, numero 1, & 2. Minus ex secundo, quia in- sufficientia non fuit probata, & probata non relevaret nisi præcedente præfixione termini pro- i obtinenda

obtinenda commutatione voluntatis, ut disponitur per Constitutionem sancti mem. Pii V, in ordine 97. & declaravit Congregatio Fabrica de qua per Quarant. in Bullario verb. Fabrica S. Petri, §. præterea fol. mihi 247. & dixit Rot. d. dec. 212. n. 6. vers. nec etiam visæ sunt obsistere, coram Caval. rio.

Demum non obstat quod in eadem Transactione nulla fuerit facta mentio de testamento Joannis Ludovici, condito de anno 1542. sed tantum de successione Comitum Antonii, & Francisci; & ideo cum illa sit stricti juris, * non possit trahi nisi ad ea, de quibus actum fuit, Gabr. cons. 90, n. 43, & seq. lib. 1. Nam cum dicta bona Joannis Ludovici jure successione pervenerint ad Comitem Antonium; non considerantur amplius uti bona ejusdem Joannis Ludovici, * sed uti propria, & de patrimonio Comitum Antonii, ut dixit Rot. decif. 247, n. 3, & 28, part. 5, & decif. 66, nu. 4, & seq. part. 4, tom. 3, recent. Et ita, &c.

DECISIO LII.

R. P. D. CERRO.

Romana Legati.

Veneris 18. Februarii 1650.

SUMMARIUM.

- 1 Beneplacitum Apostolicum confirmans alienationem dicitur justificatum ex sententia executoris, & observantia, nu. 8.
2 Minores de Observantia sunt incapaces Bonorum, declara. ut n. 3, & 4.
5 Pontifex jura omnia in scrinio pectoris habet. Incapacibus acquirere concedendo facultatem censetur dispensare, n. 6.
7 Subreptionem ad evitandam, sufficit quod Papa in genere agitaverit.
9 Nullitas favore unius inducta ab alio allegari nequit.
10 Dato in solutum, transfert dominium.
11 Cessionarius non tenetur fructus excomputare in sortem.

Reve sancti mem. Pauli V. suffragari in perpetuum Joannino, quoad legata facta a Jacobo Brioso Sacrificæ, & Infirmarie S. Mariæ in Ara-Coeli Domini censuerunt, quia cum illa in perpetuum pariter relicta fuerint, & eisdem verbis pleno jure translata in dictum Joanninum, cum reservatione Beneplaciti Apostolici, deinde subsecuti prævia sententia Judicis ad id specialiter delegati; merito Brevis beneficio potiri debet, cap. si cui nulla de præben. in 6, cap. decet de reg. jur. eod. lib.

Neque repugnat objecta incapacitas Patrum Sancti Francisci Minorum de Observantia * nuncupatorum, ex eorum Regula, de qua in Clem. exivi, §. cum annui redditus de verb. signif. Quia indubitatum est, quod non comprehendit legatum factum Sacrificæ eorum Ecclesiæ cum Divini Cultus decorem, * non autem illorum commodum respiciat, * non quicquam ex eo ipsi appropriantur juxta communem DD. opinionem, quam probant Card. Zabarell. in dicta clement. exivi n. 11. ibique Anchoran. n. 18, Butr. in cap. in præsentia n. 25, de probation. Navar. consil. 13, per tot. de testament. Roderic. quæst. regu-

lar. tom. 2, quæst. 127, art. 5, per tot. Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 7, c. 26, n. 42, cum seqq. & latissime aliis relatis probavit Rota in Romana Comptorum 10 Aprilis 1630, coram bon. mem. Merlino, in recent. decif. 365, n. 27, & seqq. part. 5. Idque etiam de sacra suppentectione, aliisque necessariis ad eum usum specialis mentio facta non fuerit, quia sufficit Sacrificæ relicto fuisse, cum inde satis appareat intentio Testatoris, ac ejus validitas justificatur, ex causa enim licita relicto existimatur, ut deducitur in c. exiit, §. in hoc casu in fin. de verb. signif. in 6, Card. Zabarell. in d. clem. exivi d. n. 11, Rota coram Buratt. dec. 245, n. 18, & in d. Romana Comput. n. 29.

Nec etiam comprehendit alterum legatum factum Infirmarie eorum Conventus; Quia præter quod DD. non videbatur adversari arctissimæ paupertati, & mendicitati, * quam ex præfata Regula dicti Patres profitentur juxta text. in d. cap. exiit de verb. signif. in 6, & in d. clem. exivi eodem tit. cum in eorum usus quotidiani victus, & vestitus non fuerit principaliter ordinatum, sed pro sustentatione Infirmorum, ne deficientibus remediis necessariis, quæ non semper, nec integrè largitione fidelium parari possunt, miserè pereant, ideoque maxima pietatis, & honestatis ratione sustineri potest, tam vigore ejusdem Regulæ injungentis curam sollicitam, pro Infirmorum necessitatibus, quam Apostolicarum Constitutionum approbantium eandem necessitatis causas, ut habetur, in d. cap. exiit, §. si verò modum licitum, & bene advertit hanc sententiam probans Joande Anania cons. 30, n. 5, & per tot. & ibi etiam Ad quem sequitur Roder. d. q. 127, art. 4. in fin. & ex recentioribus P. Dian. resol. mor. part. 3, tractat. 2, resol. 33, in princip. Laurent. de Possell. in dub. regular. in verb. legatum n. 7, & P. Lezan, in summ. quæst. regular. volum. 2, in verb. legata Regularibus relicta n. 6. In omnem casum remouetur difficultas ex facultate concessa in dicto Brevi approbandi illius alienationem, & cessionem ab eisdem Patribus factam; cum enim Pontifex optimè sciverit illorum incapacitatem tanquam resultantem ex d. clement. cujus dispositionem ipse non ignorasse præsumitur, quippe qui omnia jura * in scrinio pectoris habere censetur c. 1, de constitut. in 6, l. omnium, C. de testament. Utique concedendo dictam facultatem in necessarium antecedens eos habilitasse * videtur super hujusmodi incapacitate argum. text. in l. ad rem mobilem, ff. de procurat. & in l. illud, ff. de acquiren. hæreditat. Oldrad. consil. 330, n. 7, & consil. 331, n. 1, 2, & 3, Roman. consil. 307, n. 1, & 2, Soccin. jun. cons. 140, n. 44, & 45, lib. 2, cum aliis allegatis per Gabriel. de præsumpt. concl. 8, n. 1, cum seqq.

Nec refert, quod dicti Patres non narrantur dictum legatum esse perpetui redditus, & ideo Breve remaneat subreptitium: Quia cum Pontifex demandaverit executori dictam facultatem, ut Joanninus pro perpetuis futuris temporibus præfatum legatum acquireret ejus perpetuitatem satis clarè cognovisse videtur, ex quo propterea * penitus corruit allegata subreptio, 7 cum ad istum effectum sufficiat in genere Papam cogitare potuisse l. quod jure, ff. de milit. test. Felin. in c. nonnulli n. 18, de rescript. Rot. decif. 452, n. 15, decif. 501, n. 28, part. 5, decif. 222, n. 25, part. 7, decif. 57, n. 11, & decif. 598, n. 5, part. 8, recent. Minusve obstat, quod dictum Breve concessum fuerit in forma commissaria cum clausula consilio de necessitate: Quia præter quod satis justificatum præsumitur * ex d. sententia executoris demandata

demandata executioni, & per spatium 30. annorum continuò observata Card. Seraph. dec. 1073. n. 2, & 3, & decif. 1125, num. 1, 2, & 3, & decif. 1174, nu. 3, Gregor. decif. 343, nu. 1, ibique Ad den. num. 4, 5, & 6, Rota in recent. decif. 684, num. 1, part. 2, hujusmodi exceptio ab ipsis tantum Patribus quorum favore dicta clausula censetur apposita, * non autem ab aliis allegari potest, ipsisque volentibus etiam sine illius justificatione gratia stat in implicito statu validitatis, Innocen. in cap. 1, in princip. ibique Butr. nu. 5, de iis quæ funt à Prælat. Put. decif. 302, per tot. lib. 1, in corr. ed. Rot. decif. 179, n. 5, & 6, & decif. 318, n. 39 part. 5, recent. Multoque minus suffragatur Ecclesiæ de Anima, quæ five legatariis cedentibus, five cessionario dictum legatum semper præstare tenebitur.

Prout nec subsistit quod creditum Joanni ex tot annis paghis jam perfoluit videatur extinctum: Objectum enim procederet si ageretur de simplici assignatione in pignus temporaliter duratura, donec scilicet ex annuis præstationibus creditor satisficeret, secus autem in proposito, quo agitur de vera, & actuali cessione ac datione in solutum cum clausulis in perpetuum, ad habendum, & constituti; Hoc enim casu cum hujusmodi cessione, & datio in solutum * de sui natura sit perpetua, & faciat venditionem, transfert in recipientem totale dominium rei cæsa penes ipsum duraturum perpetuo, & irrevocabiliter, ut comprobatur in decisionibus hujus causæ emanatis coram me super manutentione 1 Julii 1643, §. minus obstat, & 2 Maii 1644, §. ad secundum vero; Ac operatur, ut cessionarius * non teneatur excomputare fructus in sortem, sed illos faciat suos l. si ei, §. 1, ff. de evict. Soccin. jun. consil. 170, n. 5, lib. 1, Card. Seraph. decif. 1284, n. 1.

Suppositum denique quod hæreditas Briosi sit adeo tenuis, ut non sufficiat pro præstatione hujus legati, adhuc concludenter justificatum non fuit, ideoque viget præsumptio, quod sit opulenta, & solvendo, ut respondetur in d. 2. decisionem §. demum ad tertium.

Ac propterea Domini super hujusmodi tenuitate, & insufficientia meliores desiderarunt justificationes in ulteriori propositione dispungendas prævia legitima redditione rationis. Et ita utraque, &c.

DECISIO LIII.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Pecuniaria seu Legati.

Veneris 11 Martii 1650.

SUMMARIUM.

- 1 Legatum debitori à creditore factum, liberationem parit.
2 Testamentum prius, per posterius, etiam quoad legata, censetur revocatum. Limita ut n. 3.
4 Ademptio legati cessat cessante ademptionis causa.
5 Dicitio, multi, ex subiecta materia, omnia comprehendit.
6 Verbum, satisfacere, latissimam accipit interpretationem.
7 Satisfactio data minus dilectis, arguit satisfactionem, quoad magis dilectos.
8 Determinatio una, plura respiciens, ea &

Decisiones ad Tract. de Alim.

qualiter determinat.

- 9 Legatum est donatio: illius effectus probatur per duos testes, n. 10. Et per conjecturas, n. 11.
12 Insinuatio in donatione inter vivos, tantum requiritur.
13 Legati solutio præventiva, non transit in donationem inter vivos.
14 Testium singularitas non obstativa, sed administrativa, non attenditur. Contrarietas circa accidentalia non attenditur, n. 15.

Sententiam A. C. condemnantem Marinum Natum ad restitutionem scut. 1500. ei ab Antonio Benedello mutuatorum ex capite injustitiæ, infirmendam esse proponente bon. mem. Arguelles Domini responderunt.

Injustitia autem ex eo deducta fuit, quia scilicet Marinus mediante legato ei de præfatis scut. 1500. per Benedellum relicto * in testamento, quod is de anno 1641, condidit, plenam liberationem consecutus fuit l. 1. in prin. ff. de liberat. legat. gloss. in §. si quis debitori verb. liberationem Inst. de legat. Gomez. var. resol. lib. 1, cap. 12, n. 82, ideoque cum tanquam legatarius se exceptionem tueri posset, absolvendus erat, non condemnandus ad text. in l. si quis decedens §. nunc de effectu & ibi Bart. l. quod mihi in fin. ff. de liber. legat. Jas. in l. apud Julianum §. si Titius n. 5, ff. de legat. 1, Rot. in Romanâ liberationis, seu pecuniaria 6. Februarii 1643, coram Reverend. Terracinen.

Non obstat quod Antonius deinde aliud condiderit testamentum, per quod prius, * etiam 2 quoad legata revocatum censetur l. si quis prioris ff. ad Treb. l. sancimus, C. de testam. §. sed, & si quis prioris inst. mod. testam. infr. Dec. cons. 475, n. 1, Mant. de conjeçt. ult. volunt. lib. 12, tit. 1, n. 36.

Quoniam fuit responsum supra dictam conclusionem procedere, nisi aliam fuisset testatoris * voluntatem appareat, quæ etiam conjecturis probata, legata in prioribus tabulis relicta confirmat l. licet Imperator ff. de legat. 1, l. cum proponeretur ff. de legat. 2. gloss. in l. hæreses palam §. sed si quis post verb. omnia, ff. de testam. Ceph. cons. 73, n. 22, Menoch. cons. 176, n. 3, Afflicti. decif. 44, n. 14.

In proposito autem casu constat, quod Antonius ad eorum tantum legatorum revocationem processit, quibus ipse videlicet satisfacere; ibi Dichiario d'auer fatto molti legati nell' altro mio testamento à diversi Signori, e miei Amici, e perche li ho soddisfatti non li renovo, ma li revoco. Unde Domini sic arguebant, aut testator per liberationem antea legatam intellexit esse satisfactum Marino, aut non. Primo casu res dubio caret, quod ipse indebita molestia afficitur, cum ei scilicet non ex secundo, saltem ex primo testamento competeret retentio, d. l. si quis decedens §. nunc de effectu ff. de liberat. legat. Magon. decif. Lucen. 28, n. 9, in fin. Secundo verò casu idem est, quia cum illa verba, perche li ho soddisfatti, causam finalem præ se ferant l. demonstratio §. quod autem, ubi Bart. ff. de cond. & demon. Mant. de tacit. lib. 3, tit. 12, n. 33, idcirco si ex dicta liberatione legata, Marino non intelligitur esse satisfactum, cum esset ademptionis causa, * cessare etiam debet legati ei relicti ademptio l. fin. ff. de hæred. instit. gloss. in his terminis in §. sed, & si quis in verb. expressum inst. quib. mo. testam. infr. Menoch. consil. 857, n. 9, Rovit. cons. 55, n. 4, lib. 2.

In priorem tamen sententiam, quod videlicet inducta fuerit satisfactio, Domini inclinabant, moti ex præcitatis verbis, ponderando præsertim illud, molti, * quod cum sit relativum ad omnia legata primi testamenti, nullumque ex eis